

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas complectens arbores, frutices, herbas, plantas ter

Jahr: 1741

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN369546628

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369546628>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546628>

LOG Id: LOG_0184

LOG Titel: Caput Quadragesimum Secundum. Adnotatio ad Sanguinem Draconis. - XLII. Hooftstuk. Aantekening op het Draaken-bloedt.

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN369544501

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369544501>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369544501>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

anno 1693, ex quibus cognovi esse ex arbore, quæ Portugallis *Carcapæli*, *Curcas*, & *Cannacorca* vocatur, cuius fructus mūria & faccharo conditi per totam Indiam deferuntur, ut loco Tamarindi usurpentur, hincque etiam *Tamarindo Ceylon* vocantur. Ejus autem gummi adductum nihil minus referebat, quam flavum gummi seu *Guttam Cambodja*, sed forte genuinum non accepi, nam aquæ infusum nec liquefiebat nec tincturam exhibebat, dentibusque contritum erat lentum instar *Gummi Ammoniaci*. De ejus tinctura nil quoque Baleyenses sciant, quibus hæc arbor *Badongh* vocatur, cujusque fructus ibi potius quam Tamarindi usurpantur, estque arbor ibi altissima, plurimis gaudens ramis, quæ in areis & prope ædes crescit & colitur.

Apud Christopb. Acostam nulla tincturæ ejus vel gummi fit mentio. Nolo negare, eandem possidere virtutem purgantem ac *Gutta Cambodja*, sed tum de cœm forte tales lacteos succos enumerare possum hic in Amboina crescentes, qui vim quoque purgantem habent, an inde ergo *Gutta Cambodja* vocarentur, quænam hæc esset in re Botanica confusio?

O B S E R V A T I O.

Gummi hoc *Cambogium officin. a Dale in Pharmacol* in 4to pag. 357. vocatur qui varias de hujus gummi generatione recenset opiniones, nec non auctores, qui vario modo denominarunt ac descripserunt arbores, ex quibus colligi putant hoc gummi, quo i variis ex locis adfertur, & in Zeylana regione itidem reperitur, ubi ab *Hermanno* fuit observata in arbore, quæ ipsi Arbore Indica *Gummi Guttam* fundens, fructu dulci rotundo, Cerafī magnitudine, *Carcapuli Acostæ Mus. Zeyl.* pag. 26. & *Theb. nostri Zeyl.* pag. 27. ubi varia hujus arboris collegi Synonyma cum descriptione ac viribus medicatis, &c. vide & *Commel. Fl. Malab.* p. 6.

aan ik bemerkte, datze waren van den boom by de Portugezen *Carcapoeli*, *Curcas*, en *Cannacorca* genaamt, waar van de ingeleide vruchten door geheel Indië vervoert werden. Om voor Tamaryn te gebruiken, en daarom ook *Tamarindo Ceilon* bieten. Maar het stukje mede gebrachte Gom werd niets minder bevonden, dan geele Gom, of *Gutta Cambodja* te zyn, of ik mocht het opregte niet bekomen hebben, want het wilde in 't water nog sinneten nog verwen, en was onder de tanden taai, gelyk *Gummi Ammoniacum*. Zo is ook van het verwen by de Baliers niet bekent, alwaar dezen boom *Badongh* biet, en wiens vruchten aldaar liever dan Tamaryn gebruikt werden, werdende een zeer boogen en wel getakten boom, in de erffen en by de huizen onderhouden.

By Christoph. a Costa is van het verwen nog van het gebruik des Goms ook niets vermeld. Ik wil niet ontkennen, dat het dezelfste purgerende kragt heeft, als *Gutta Cambodja*, maar dan kan ik wel 10 melk-zappen bier in Amboina toonen, dewelke mede purgerent zyn, en zoude men die alle *Gutta Cambodja* noemen, wat zoude dat voor een verwarring in de Kruydkunde geven.

A A N M E R K I N G.

Deze Gom wert de *Cambogium* der Apotheeken genaamt van S. Dale in zyn *Pharmacol* in 4to pag. 357. die verscheide gevoelens opgeeft over den oorspronk van deeze gom en verscheide Schryvers aanhaalt, die op verscheide wyze beschreven en benaamt hebben de boomen, waar uit zy meenen dat deeze Gom vergadert wert, het welk uit verscheide platten komt, en in Zeyl ook voorkomt, alwaar het van *Herman* ontdekt is in een boom, die hy noemt *Oo* indische boom, die het *Gummi Guttam* geeft, met ronde zoete vruchten als een kers in de grootte, in zyn *Mus. Zeyl* pag. 26. en komt voor in onze *Theb. Zeyl.* pag. 27. alwaar ik verscheide benamingen en Schryvers van dese boom aangehaalt heb met deszelfs kragten en eigenschappen. Zie mede de *Fl. Malabar* van Casp. Commel. op pag. 6.

C A P U T Q U A D R A G E S I M U M S E C U N D U M.

Adnotatio ad Sanguinem Draconis.

In India mihi tres obvenere res, quæ pro *Sanguine Draconis* habentur, & omnes speciem siccii sanguinis, in duram compacti massam referunt, quæque ex sententia mea omnino inter se differunt, ac forte etiam ab illo, qui in Europæorum Pharmacopæis sub illo nomine venalis prostat, suntque subsequentes: Prima *Sanguinis Draconis* species, sunt frusta in magnas ac parvas placetas formata. Secunda sunt capitula siccis foliis obvoluta. Tertia est mixta substantia forma pilei, sacchari conici, vel obtusorum conorum, atque haec tres formæ in Orientali hac India compofitæ sunt, & nota Malaco nomine *Dierennang* seu *Dier-nang*, de quibus illa adnotabo, quæ ex relatu fide dignorum testium edocitus fui.

Prima itaque est vulgaris *Sanguis Draconis* ex binis diversis constans placentis, quarum una species in magnas rotundasque formata est placenta, pollicem vel binos digitos crassas, a semi usque in totum pedem latas, inæquales, externe nigricantes seu obscuræ fuscæ, interne ex rubro purpurascentes, intermixto nigro colore, & splendentes, in quibus paleæ quædam seu lignorum ramenta apparent; carbonibus hæc massa inposita, gratum spirat odorem, fere instar *Benzoin*, magis autem ad *Styracem* accedit, unde a quibusdam Maleyensibus *Cominjan Mera*, h. e. *Benzoin rubra*, sed erronee vocatur, vera enim *Cominjan Mera* videtur species esse Benzois, pura & semi-pellucida instar succini rubri, sed magis rubet, carbonibusque inposita odorem spirat *Dammaræ Selanicae*, nec charcas rubro tingit colore.

Altera species sunt quadratae & parvæ placentæ, quinque vel sex digitos longæ, unum crassæ, irregulares & sinuosæ, externe quoque ex nigro fuscæ, interne maxime purpurascentes, puræ, nec ullis mix-

X L I I . H O O F T S T U K.

Aantekening op het Draaken-bloedt.

Y zyn in Indië drie dingen voorgekomen, die men voor *Sanguis Draconis*, of *Draaken-bloed* houdt, alle drie in de gedaante van gedroogt bloet, en tot een barde massa gepakt, ook na myn giffig alle verschilende onder malkanderen, en misschien ook van 't geene men in de Europische Apotheken met die naam verkoopt, en zyn dese: Het eerste zyn stukken, in grootte en kleine koeken. Het tweede zyn kleine bolletjes, in drooge bladeren gewonden. Het derde is een gemengde substantie, in fatsoen van boed-zuiker of stompke kegels, alle drie in Oost-Indië gemaakt en bekent, met de Maleytische naam *Dierennang* of *Diernang*, waar van ik zo veel zal aanteeken, als ik uit 't verbaal vangelooftwaardige getuigen geleert heb.

I. Het eerste dan is 't gemeene *Sanguis Draconis*, bestaande in tweederlei koken, te weten het eene in groote ronde koeken, een duim of twee vingers dik, van een half tot een gebeelen voet breed, doch niet effen, van buiten swart, of donker-bruin, van binnen rood-purper, met swart gemengt, en blinkende, daar onder men enige stappelen of spaanderen van bout ziet, op kolen welriekende, eenigzint als Benjoin, doch meest als *Styrax*, daarom het ook van zommige Maleyers Cominjan Mera, dat is, rode Benjoin, hoewel abusivelyk genaamt werd, want het regte Cominjan Mera schijnt te zyn, uit 't geslagt van Benjoin, zuiver en halfdoorschijnent, als donkere Bernsteen, doch ronder, op koolen riekt het als Dammar Selan, en verft geenzint het papier.

Het andere zyn kleine en vierkante koeken, vyf en zes vingers lank, een dito dik, scheef, en bochtig, buiten mede swart-bruin, binnen hoog purper, zuiver, en zonder vermenging van enige stappelen, op koolen mede

tæ paleis, carbonibus inpositæ gratum quoque fundunt odorem, a præcedenti tamen diversum.

Secunda *Sanguinis Draconis* species, quam genuinam & veram puto, parva sunt capitula magnitudine Nucum avellanarum, siccis obvoluta foliis, tria vel quatuor simul juncta, externe obscuræ nigra seu nigricantia, interne ex purpureo rubentia, instar carnis fumo induratæ ac recenter secatæ, tenuis substantiæ, carbonibus inposita peculiarem dat odorem ex rubro Sandalo & Caryophyllis mixtum, a præcedentibus faltem omnino diversum, unde & concludo, utrosque illos succos ex diversis provenire & colligi arboribus, de quibus hic illa adnotabo, quæ ab aliis accepi, quorum fides sit penes illos relatores.

Prima itaque species, nescio autem, an sit magna vel parva, ex arbore colligitur, de qua varia etiam referunt. Quidam enim dicunt, arborem esse forma *Pandang Boubou* seu *Kekermohi*, ejus autem folia sunt breviora, glabriora, non spinosa, vel acuto dorso prædita, sed glabra & æqualia instar *Toxicariae* arboris, nullos profert hæc arbor fructus, ejusque truncus multo crassior est illo *Pinangæ* arboris, corticem gerens glabrum, qui vulneratus, rubrum succum seu *Sanguinem Draconis* fundit, qui in foliis colligitur, & in Macassara *Djerenne* vocatur. Alii dicunt ex magna colligi arbore in Borneo copiose crescente, quam mihi dixerunt folia gerere multo majora illis *Manga*, quæque alta & extensa est arbor, ex cuius vulneribus primo exstilla succus liquidus, dein siccus, qui masticatus latus est & tenax instar Mastiches, orisque salivam rubro tingit colore.

Tertia species ex arundine quadam magna, Rottang dicta, provenit, quam genuinam puto, uti mihi illud relatum est a testibus ocularibus, qui illam elaborant, in Sumatræ nempe ora Orientali species quædam est magna Rottangæ, qualis in Amboina quoque occurrit, quæ tali destituitur succo, vel præ ignorantia saltem non elicitor ex illa hic succus, infra autem describitur libr. 7. vocaturque *Palmyuncus Calapparius* seu *Rottang Calappa*; ista itaque Rottang flagella emittit longa, brachium crassa, fructusque gerit paulo majores nostra Rottanga Calappa. In senectute sua mollem contrahit medullam seu cor, quod protractum cum fructibus contunditur, perque decem dies sibi relinquitur, ac dein coquitur: Ex superiore ejus parte tenuissimæ placenta, ex inferiore crassissimæ præparantur ac formantur, quales in officinis venales prostant. Ab Atckina autem crescit usque ad Palimbang.

Altera ejus species *Tsjukiet* dicta, ex minore colligitur arundinis Rottangæ specie, quæ brevibus ac copiosis constat geniculis, minorem digitum crassa, quatuor vel quinque ulnas longa in Banjermassingh crescens, componitur uti præcedentes, ac venditur in parvis capitulis.

Fruetus ex Bantama mihi transmissi omnino conveniebant cum illis istius majoris Rottangæ, quæ infra libr. 7. occurrit, excepto quod paulo minores essent.

Nomen. Generali latino vocabulo rubri hi & confundati succi vocantur *Sanguis Draconis*, Belgice *Draakenbloedt*. Malaice *Djerennang* & *Djernang*, scribendum vero est *Gerennang*, Macassarice *Djerenne* & *Djerne*.

Primum vero genus cum binis suis diversis speciebus vocatur *Sanguis Draconis in Placentis*. Maleyensis autem idem obtinet nomen. Sinensis peculariter dicitur *Hoy-Gjeck* seu *Hoyg-jet*, h. e. *Sanguinis gutta*.

Secunda species dicitur *Sanguis Draconis in Guttis*, licet in nostris Pharmacopæis aliquid simile etiam vendatur sub hoc nomine, quod ex Occidentali adfertur India. Ego autem voco *Sanguinem Draconis* in magnis & parvis globulis, in Macassara enim hujus globuli venduntur magnitudine *Limonis Nipis*, apud Maleyenses autem uti supra dictum fuit. Sinensis hæc species dicitur peculiari nomine *Tsjug-Jek*, h. e. *Sanguis Draconis*, valoris lapidum pretiosorum.

Uit. *Sanguis Draconis* in placenis apud hosce incolas raro interne usurpatur, uti apud nos in Europa contra *Amoptoen* & *Dysenteriam*. Magnam vero speciem harum regionum incolæ miscent *Dupa* vel aliis suffimigii uti *Benzoin*. Tenuiori specie tam in placenis quam in guttis utuntur Sinenses ad politum lignum

welriekende; doch van 't voorgaande wat verschillende.

2. De tweede zoorte van *Sanguis Draconis*, dewelke ik voor zuiver en oprecht houde, zyn kleine bolletjes, in de grootte van *Hazelnooten*, tusschen eenige droge bladeren gebonden, drie en vier aan malkander hangende, buiten donker-rood, of zwartachtig, van binnen purper-root, of als versch gefneeden geroukt vleesch, fyn van substantie, op koolen van een byzonderen reuk, te weten van rood Sandel, en nagelen gemengt, immers merkelyk van 't voorgaande verschillende, en daarom oordeel ik, dat beide deze zappen van diverse boomen komen, waar van ik hier zetten zal, het gene my van andere opgegeven is, latende de verantwoordinge daar van voor de opgevers.

De eerste zoorte, maar ik weet niet de kleine, of grote, komt van een boom, dewelke ook verscheiden opgegeven word. Zommige zeggen, dat 't een boom zy van de gedaante als de *Pandang Boubou* of *Kekermohi*, doch de bladeren zullen korter zyn, gladder, niet doornig, nog met een scherpen rug, maar even, als die van Spatwortel, zonder vruchten, de stam veel dikker, als een *Pinang*-boom, met een effen schorsje, die gequetst zynde bet roode zap, of *Draaken*-bloet uitgeeft, bet welkmen in bladeren vergadert, en op *Macassar* *Djerenne* noemt. Andere dat het van een groten boom kome, veel op *Borneo* waagbende, die zy my beschreven hebben met groter bladeren, als die van *Manga*, boog, en wyduitgebred, uit deszelfs quetzuren druppende eerst als een week zap, daar na opdrogende, in het kaauwen taai, als *Mastix*, en bet speegzel root verwende.

De andere zoorte komt van een slag groote *Rottang*, bet welk ik voor het waarschynelyke boude, het geen my ook opgegeven is van ooggetuigen, die zelfs daar aan gewerkt hebben, namentlyk op Sumatras Oost-kust is een slag groote *Rottang*, diergelyke wy in Amboina ook hebben, doch diergelyke zap, of niet heeft, of door onkunde daar niet uitgetrokken werd, zynde bier na beschreven lib. 7. onder de naam van *Palmyuncus Calapparius*, of *Rottang Calappa*. Deze voornoemde *Rottang* dan is zeer lank van toutw, en een arm dik, dragende vruchten wat grooter, dan onze *Rottang Calappa*. In de ouderdom gewintze een week bert, dat men uittrekken kan, bet welk gestooten werd met de vruchten, en laat het tien dagen staan, dan kookt men het. Uit 't bovenste werden de fynste koeken, uit het onderste de grootste gemaakt, gelyk zy in de winkels te koop zyn. Zy groeit van *Atckin* af tot *Palimbang*.

De tweede zoorte *Tsjukiet*, komt van een slag kleine *Rottang*, vol korte leden, een pink dik, vier a vyf vadem lank, groeyende op *Banjermassing*, werd gemaakt als de voorgaande, en werd verkogt in kleine bollekens.

De vruchten van *Bantam* my toegezonden, quamen teenemaal over een met die van de voorschreve groote *Rottang*, die bier na lib. 7. te zien is, behalven dat zy een hairtje kleinder waren.

Naam. Den generalen naam van deze roode en gestolde zappen is in 't Latyn *Sanguis Draconis*, in 't Duits *Draaken*-bloet. In 't Maleys *Djerennang* en *Djernang*, doch het regte schrift is *Gerennang*, op *Macassar* *Djerenne* en *Djerne*.

Het eerste geslagt met zyn twee onderzoorten hiet *Sanguis Draconis in Placentis*, dat is, *Draaken*-bloet in koeken, by de Maleyers behoudende de voorschreven namen. By de Sineezien hiet het in 't byzonder *Hoy-Gjeck* of *Hoy-Gjet*, dat is, bloets drop.

Het tweede geslagt hiet *Sanguis Draconis in Guttis*, hoewel er in onze Apoteken ook iets met die naam verkogt werd, bet welk uit het Westen komt. Ik noem het *Draaken*-bloet, in groote en kleine bolletjes, want op *Macassar* heeft men bolletjes daar van in de grootte van een *Limoen Nipis*, by de Maleyers als boven. By de Sineezien hiet dit in 't byzonder *Tsjug-Jek*, dat is, *Draaken*-bloet, kostelyk, als Edel gesente.

Gebruik. *Draaken*-bloet in koeken, werd by deze Inlanders zelden inwendig gebruikt, gelyk wy in Europa met het zelve doen tegens bloetspouwen, en de roede-loop. De groote zoorte gebruiken de Inlanders onder de *Dupa*, of ander reukwerk gemengt, gelyk den *Benjoin*. De fyne zoorte zo in kocken, als bolletjes, gebruiken de

lignum illo fricandum, donec incalescat, ac rubrum contrahat colorem, acsi vernice obductum esset, unde intense rubet, & fere nigricat.

Sinenses quoque norunt hujus granulis chartas fripare, donec Kermesinum, seu elegantem rubrum adquirat colorem, quæ ipsis in quotidiano est usu.

In oleo vel aqua si conteratur, elegans exhibet pigmentum rubrum, unde & multum adhibetur ad odorata olea, ut ipsis elegantem rubrumqne conciliat colorem. Macassarenes hoc succo sicca & glabra *Licuala* folia obliniunt, quæ in inversa & calefacta siccant olla, ut pigmentum hoc foliis melius adhæreat, quæ dein ad volvellos Tabacarios adhibent, quum externe colorem gerant eleganter & intense purpureum, eodem quoque modo Papyrum seu chartas tingunt. Non multum tamen in usu est ad pigmentum lignarium, quum nimis caro constet pretio, & in Japana inter pretiosas numeretur mercaturas. Cultro in pulverem contritus hic Sanguis Draconis recentibus inspergitur vulneribus uti præcedens, ad sanguinem fistendum, vulnusque curandum.

Hinc sine dubio intelligenda est illa fabula, quæ in novis Indiae Orientalis & Occidentalis Adnotationibus *Simonis de Vries* occurrit, qui in prima istius libri parte scribit, in India Orientali ex Rottangæ fructibus, (non distinguens ex quanam specie) pretiosum exprimi oleum, quod cuncta curat vulnera, ac præfertim illa, quæ Baculi arundinacei i&tu infliguntur, dicens, in India quotidiana esse exercitationem omnibus in familiis, in quibus servi aluntur.

Tertia Sanguinis Draconis species in magnis formata frustis occurrit, instar faccharatorum conorum, sed minora sunt hæc frusta, constantia ex mixta substantia, quæ ex vulgari Sanguine Draconis & Rinocerotis sanguine componitur, cui multa ficca folia & paleæ admixtæ sunt, raroque invenitur, magisque lœti coloris est hæc substantia quam vulgaris Sanguis Draconis, ut & magis friabilis, ac cognoscitur, si carbonibus impoita primo gratum fundat odorem, ac dein foetorem det adusti sanguinis, a Sinensibus *Hoygjeck* quoque vocatur. Puto in Java hanc speciem componi, ac quodvis tale frustum binas pendet libras & ultra, ibique reali nummo constat, in China autem decem talibus nummis; in pulverem contunditur ac miscetur cum aqua vel Oleo, quod inde rubet. Idem quoque pulvis recentibus inspersus vulneribus, illa curat. Medici Sinenses illum quoque interne adhibent aliis mixtum simplicibus, contra asthma & inveteratam tussim, ex qua Phthyris oritur, ipsis *Lui-Seang* dictam. In desperata ac consummata Dysenteria hujus ultimæ sanguinis draconis speciei, Madjacaan seu Quercus gallarum, & vetustæ Pinangæ partes recipere æquales, bina ultima supra ignem sint tosta, donec in pulverem redigi possunt, uti primum ingrediens, hujus pulveris compositi quotidie cochlearis quantitatatem ingere cum Oryzae aqua mixti.

Alii quoque Sinenses *Sanguinem Draconis* in tres dividunt species, quarum prima & optima est *Tsjuckiet* dicta, quæ supra memorata secunda est species, in capitulis seu globulis collecta, quam dicunt esse gummi ex Rottangæ specie exsudans, plurimumque crescit in Banjar Massinghi.

Secunda species est *Sanguis Draconis Vulgaris*, in placentis instar minoris patinæ formata, peculiari nomine vocata *Hoygjeck* seu *Hoyjet*.

Tertia & vilissima est *Tsjaukiet*, quæ sordida seu impura est, nigricans, ligno ac paleis commixta, utriusque has ultimas species dicunt ex magna provenire arbore, in Sumatra crescente, quæ in Palimbang plurimum venales adferuntur. Tertiæ autem istam speciem inter illas non numerant, quum sit factitia, quam vocant *Hoyjec*.

Sunt quidam, qui præter memoratas jam species ad *Sanguinem Draconis* quoque referunt multos alios condensatos succos, uti supra in capite *Lingo* id innuimus. Sic *Herbertus de Jager* in certis ad me datis litteris scribit, ex arbore ligni Caliatourensis, ex quo rubrum suum vult colligi Sandalum, uti supra libr. 2. id videri potest, *Sanguinem Draconis* itidem colligi, quum vero hi aliquæ rubri succi ab usuali *Sanguine Draconis*, qui hic in India usurpatur, nimium different, inutile duco illos ulterius describere, præfertim quum

Sineezen, om't glad geschaafde boutwerk daar mede te vryven, tot dat het warm werd, om't zelve een roode couleur te geven, als of't verlakt was, hoog-root, en swartachtig.

Zo weten ook de Sineezen met de bolletjes het Pampier te vryven, dat het Carmosyn of schoon hoog rood werd, 't welk by baar in dagelyks gebruik is.

In Oly of water gevreeven, geeft een schoone roode verwe van zig, daarom bet ook veel gebruikt werd by de welriekende Olyen, om dezelve een aangename rooigheid te geven. De Macassaren gebruiken het, om gedroogde en gladde bladeren van *Licuala* daar mede te bestrijken, die zy ze dan op een omgekeerden en beet gemaakten pot houden, tot dat de verwe ter degen aan de bladeren kleve, die zy daar na tot bare Bonicos, dat is Tabacksrolletjes gebruiken, om dat zy schoon hoog-purper van buiten zyn. Op dezelfste manier kunnen zy ook het Papierveren, om dat het te duur, en in Japan een grote Koopmanchap is. Met een mes tot poeder gevreven, strooid men het in de versche wonden, gelyk het voorgaande, om het bloet te stelpen en te genezen.

Hier van moet men buiten twyffel verstaan dat klugtig praatje, bet welk men in de nieuwe rommel, zo genaamt, Oost en West-Indische aanteekeningen van Simon de Vries vind, dewelke in zyn eerste deel ter nederstelt, dat men in Oost-Indië uit de Rottangs vruchten (zonder te zeggen van wat zoorte) een kostelyke Oly perse, waar mede men alderhande wonden geneest, inzonderheid die geene, die door 't slaan met een Rottang gemaakt werden, bet welk by zegt in Indië een dagelyke oeffening te zyn in alle huisboudingen, daar men slaven heeft.

De derde zoorte van 't Draaken-bloet, komt in groote stukken geformert, als zuiker-brooden, doch kleinder, en 't is een gemengde substantie van den zap des gemeenen Draaken-bloeds, met 't bloet van Rhinoffers gemengt, waar onder vele drooge bladeren en stoppelen loopen, en is weinig te vinden, lichter-rood van couleur, dan het gemeene Draaken-bloet, ook bryzeliger, en zyn proef is, dat bet op koolen gelegt, eerst wat welriekie, daar na stinkt als gebrant bloet, bet niet mede by de Sineezen Hoygjeck. Ik meende dat het op Java gemaakt werd, wegende een gebeel stuk twee pond of meer, en geld aldaar een reaal, maar in Sina wel tien, men stoot het tot poeder, en mengt het in water of Oly, bet welk mede root verft. Hetzelfte op versche wonden gestrooit, geneest dezelve. De Sineeze Medicyns hebben 't ook in gebruik, om in 't lyf te geven, onder andere Simplicia, tegens het hygen, en ouden hoeft, daar de teering afkomt, by bun Lui Seang genaamt. In een oude en desperate Roode-loop neemt van dit laatste Draaken-bloet, Madjacan of Galnooten, en oude Pinang, van elke even veel. De twee laatste roeft over 't vuur, tot dat menze in poeder brengen kan, gelyk ook 't eerste, neemt daar van dagelyks een lepel vol in met Candji of ryft water.

Andere Sineezen verdeelen de Sanguis Draconis ook in drie soorten, bet eerste en beste is *Tsjuckiet*, zynde de bovengenoemde tweede zoorte in bolletjes bestaande, 't welk zy mede zeggen een Gom te zyn, uit een slag van Rottang sweatende, en valt meest op Banjar Massinghi.

De tweede zoorte is de gemeene *Sanguis Draconis* in koeken, als een Piering of Schootelke geformert, eigentlik genaamt Hoygjeck of Hoyjet.

De derde en slechtste is *Tsjaukiet*, vuil, swart, met bout en stoppelen, deze beide laatste soorten zeggen ze uit een groote boom te komen, op Sumatra wassende, en werden tot Palimbang meest te koop gebracht. Doch de voornoemde derde zoorte rekenen daer niet onder, dewyl bet een gemaakt ding is, en noemenze mede Hoygjeck.

Daar zyn 'er, die behalven de bovenstaande soorten mede onder Draaken-bloet rekenen, vele andere gestolde zappen, gelyk wy bier boven in 't Kapittel van Lingoo gezegd hebben. Zo schryft Monfr. Herbertus de Jager ook in zeker brief aan my, dat uit den boom van het Caliatoe-bout, waar van by zyn root-Sandel haalt, gelyk boven lib. 2. te zien is, mede een Draaken-bloet getrokken werde, doch dewyl deze en andere roode zappen van bet in gebruik zynde Draaken-bloet, dat wy bier in Indië hebben, te veel verschillen, zo acht ik bet niet raadzaam dezelve bree-

quum' alienus sum ab illo more, quo diversas penitus res colore & sapore quodammodo convenientes sub idem redigant genus, eandemque inponant denominationem, quæ proxima est via, qua omnia confunduntur, quæque contraria est Philosophorum normæ & proverbio, qui bene nempe distinguit, bene docet.

Hæc sunt quæ, lectoribus si grata, commentari volebam de *Sanguine Draconis*, cuius ansam mihi præbuerunt illa, quæ supra commemoravi, quasdam nempe hic in Amboina reperiri plantas seu arbores, quæ cum *Arbore Draconis* quandam habent convenientiam, quales nempe infra libr. 6. cap. 40. nomine *Torminalis*. & libr. 7. cap. 50. *Palmyuncus* titulo occurunt & describuntur.

O B S E R V A T I O.

Variis ex plantis & arboribus *Sanguinem Draconis* colligi, ex *Rumphii* adnotatis constat, qui autem ex arundinis specie præparatur, est illa, quæ Arundo farcta Indica officin. a *Samuele Dale Pharmac.* in 4to. pag. 29. vocatur, & est Arundo farcta Indica Orientalis *Sanguinem Draconis* fundens *Moris*. *bijst.* *Oxon.* tom. 3. p. 220. & *Ray. bijst.* tom. 3. p. 615. de qua inventi adnotatis, quod modus rubram hanc materiam colligendi sit, si fructus in aqua calida macerentur, donec materia illa rubra in fundo vasis subsideat, unde aqua vel evaporata vel effusa concretus ex fundo vasis colligitur seu condensatus succus, ex quo vernix componitur, qua cistæ & pixides obduci a Sinensis solent.

Dein Palma foliis & caudice undique spinis longis acutissimis nigris armata D. Scherard *Dsjerenang* dicta, i. e. *Sanguis Draconis*, ex fructibus Palmæ coniferae spinosæ elicitus *Kempb. Amœnit. exot.* p. 552. estque Palma *Sanguinem Draconis* fundens altera S. *Dale Pharmacol.* 4to. p. 297. ubi ex tribus imprimitur hujus speciebus succum colligi scribit, quæ a *Pomet.* in *Histor. simplicium* etiam recensentur.

Est & alia *Sanguinem Draconis* fundens Palma a J. *Commel.* in *Hort. Amst.* part. 1. p. 261. proposita & descripta, quæ Arbor Draconis a Sam. *Dale* p. 297. vocatur, & cum citatis auctoribus ac usu medico ulterius ibi proponitur, ubi reliqua videnda.

Arundo ipsa, ex qua juxta *Rumphium* hic *Sanguis Draconis* colligitur, in *Valent. Amboinæ de script.* pag. 218 occurrit, & in Tabula sub No. XLIX exhibetur. De *Sanguine Draconis* ejusque speciebus, ut & de facilitio vide *Valent. Histor. Simpl. reform.* a pag. 265 ad pag. 269 & *Epist. 2. pag. 385.* & ibidem pag. 609 & seq. *Joh. Ochſu* dissertationem de *Sanguine Draconis.* & *Ray Appendix.* tom. 3. pag. 65.

LACTARIA SALUBRIS: seu UPAS LACKI LACKI in *Rumphii Appendix* sequenti describitur modo, quam in antecedentis locum substitui vult *Rumphius*, unde eam hic subjungimus.

Cum supra descripta *Arbore Lactaria* hæc arbor tantam habet similitudinem, ut plurimi harum regionum incolæ hanc cum illa pro una eademque habeant, ac eo magis, quum raro hæc occurrat. Vulgarem volunt infletere viam, vocavique illam *Lactarium salubre*, quæ primum mihi innotuit per Corre Corre iter anno 1693. Formam habet *Arboris Lactariae* seu *Mangæ Bravae*, quum truncum gerat brevem & crassum, glabro obductum cortice, ex viridi & cinereo variegato.

Folia bina sibi invicem opposita, in ramorum vero extremitate simul locantur, suntque similia illis Bintangor, sed paulo latiora, crassiora, & rugosiora, septem, octo, & decem pollices longa, binos transversales digitos lata, superius subrotunda, & parum bifida, subtus gerunt plurimas subtiles costas, sed non ita adunatas ac in Bintangor foliis, quarum inferiores parallelæ sunt, superiores vero sinuosæ decurrent, omnesque terminantur in oras sinuosas. Folium ipsum parum inflexum est instar scutellæ vel cymbæ, superius gibbosum & glabrum.

Flores

breder te beschryven, te meer terwyl ikeen afkeer heb van die manier, dat men verscheide dingen, die in coeur en smaak malkander zo wat gelyken, onder een geslagt en benaming zal brengen, enstrydig tegens den regel der Philosophen, namentlyk die wel onderscheidt, die wel leert.

Dit is het gene, dat den Leerster zal gelieven voor lief te nemen, het welk ik van *Sanguis Draconis* berichten kan, zynde my aanleiding gegeeven iets daar van te melden, om dat ik, als boven gezegd, eenige planten bier in Amboina gevonden hebbe, die met de Draaken-boom eenige overeenkomst hebben, en bier na lib. 6. cap. 40. beschreeven werden onder den Titul van *Torminalis* en lib. 7. cap. 50. van *Palmyuncus*.

A A N M E R K I N G.

Dat uit verscheide gewassen en boomten het *Draaken-bloet* vergaderd werd, blykt uit de aantekeningen van *Rumphius*, dog dewelke uit een soort van riet vergaderd werd, is dat soort, het welk de *Arundo Farcta Indica* genaamt werd van *Sam. Dale* in zyn *Pharmac.* in 4to. pag. 29. en is de *Arundo Farcta Indica* Orientalis *Sanguinem Draconis* fundens van *Moris* in zyn *Histor. Oxon.* tom. 3. p. 220 en van *Ray* in zyn *Histor. tom. 3. p. 615.*, waar van ik aangetekent vind, dat de manier om dit roode zap te vergaderen is, datze de vrugte in warm water laten weken, tot dat de roode stof, daarvan op de bodem van het vat valt, waarvan dan het water afgogoten ofte uitgewascht zynde, het zelve vergaderd werd op de bodem van het vat, en van deszelfs gesmolde zap een vernis gemaakt werd, waaraan mede de doos en kasten gevernist werden van de Sincezen.

Ten tweede de *Palmboom* met bladen, en zyn stam over al steekende van *Scherard*, die *Dsjerenang* genaamt werd, dat is, Draken-bloet, komt ook uit de vruchten van een doornachtige Palmboom by *Kempb.* in zyn *Amœnit. exotic.* p. 552 beschreeven, en is de tweede Palmboom, die Drake-bloet geeft, van *Dale* in zyn *Pharmac.* p. 297. alwaar hy zegt dat uit drie soorten van de Palmboom zo een vrugt vergaderd werd, dewelke van *Pomet* in zyn *Histor. de Drogues* ook vermeld werden.

Daar is nog een andere Palmboom Drakenbloet gevende van *Joh. Commel.* in het eerste deel van de *Amsterd. Thquin.* p. 261. beschreeven, die Drakenboom van *Sam. Dale* genaamt werd, op pag. 297, en met de aangehaalde Schryvers, en deszelfs gebruik verders voorgestelt werd, alwaar het overige nagezien kan werden.

Het riet, waar uit volgens *Rumphius* het Draakebloet vergaderd werd, komt mede by *Valent.* onder de naam van *Draaken-bloeds Rottang* op pag. 218. en werd in de plaat No. XLIX. verbeeldt. Over het Draken-bloet en deszelfs soorten, alsmede het nagemaakte, zie verders *Valent.* in zyn *Histor. Simpl. reform.* van pag. 265. tot pag. 269. en de tweede brief pag. 385. en aldaar de dissertatie over het *Daake-bloet* van *Joh. Ochſu* op pag. 609, en de volgende. Zie mede de *Appendix* van *Ray* in het derde deel op pag. 65.

In de Appendix van *Rumphius* werd de *Lactaria Salubris* ofte de *Upas Lacki Lacki* op de volgende wyze beschreeven, welke *Rumphius* in plaats van het voorgaande hier gestelt wil hebben, en wy daarom hier byvoegen.

Met de bovenstaande Arbor *Lactaria* heeft deze boom zulke gelykenisse, dat hem veele Inlanders voor een en dezelfste aanzien, te meer also by weinig te vinden is. Ik heb de gemeene sleur willen volgen, en hem genoemd *Lactaria Salubris*, zynde eerst tot myne kennisse gekomen door de Corre Corre tot in 't jaar 1693. by is van gedaante als Arbor *Lactaria*, of *Manga Brava*, te weten kort en dik van stam, met effene schorſſe, mede wat wit en groen geplekt.

De bladeren staan twee en twee tegens malkander, dog aan 't uiterste der ryskens vier by malkander, en gelyken die van *Bintangor*, doch wat breder, dikker, en stijver, 7. 8. en 10. duimen lank, 5. dwars vingers breed, voor rond, of een weinig gekloven, van onderen hebben ze veel subtile ribben, zo digt niet als aan 't *Bintangor* bladt, waar van de achterste evenwydig, doch de voorste wat hechtig lopen, en eindigen allegaar in een zoom langs de kanten: Het blad is wat neerwaarts gebogen als een schotelje of schuitje, boven buikig en glad.

Her

Flores proveniunt in racemo ramoso, uti in *Manga Brava*, hujus autem flores magis ad Jasminum accedunt, in longo enim pedunculo quinque locantur alba & extensa petala retroflexa, in medio concava, flaccida, ingratia odoris, haec vero insident caliculo tripetalo. In quovis autem racemo quatuor vel quinque tantum fructus ad maturitatem pervenient, formam habentes *Condondong*, vel instar illorum *Manga Bravae*, geminique plerumque arcta sibi adcumbunt, brevibus ac vix dignoscendis insidentes pedunculis, qui non in centro, sed oblique fructus perforant, qui superius duro & obtuso apice constant. Externe viridis sunt coloris, ac maturi flavescunt instar *Manga*, qui rugosi tandem sunt ex ruffo nigricantes. Sub exteriore pellicula crassa & rugosa locatur gluma, quae per longitudinem in crassa duci potest filamenta, instar fructus *Mangae Bravae*. Quisque vero fructus per medium sulcatus est, sed nec vi separari potest, sed cultro *Parrangh* dicto findendus est. Intus bina officula plana sibi adcumbunt bilingua fere, quae inferioris excavata sunt, ubi pedunculo fuere nexa, haec officula ex dura, fusca, & tenui quasi pelle constant, in qua planus reconditur nucleus, corneus quasi & latus instar corii, qui saporem habet Nucum avellanarum, in binis cellulis, quae ab utraque parte linguae isti adcumbunt, nil invenitur nisi ita crassa filia: Ex omni trunci & ramorum parte, ubi incidentur, vel folium abrumpitur, immo ex ipso ejus nervo medio exstallat lac aliquod albicans tenax, viscosumque, quod mox exsiccatur.

Dicitur, aliis in locis trunco fuisse observatos, quos hini vix viri amplecti poterant, inque fructibus qui busdam saepe unus tantum invenitur nucleus, ac unica tantum descripta lingua.

Radix est medicamentum, quod ex hac desideratur arbore, quae externe obscure flavescit, multisque fibrillis constat, intus vero pallide flavescens est coloris, & lignosa, ita ut haud male referat illam Anticholerica seu *Upas Bidji*. Haec si recens fuerit, adeo dura est, ut secures maioresque cultri seu *Parrangh* hebescant, si cedatur, in ramenta tamen facile diffilit instar vitri. Ejus sapor omnino convenit cum *Anticholerica*, quae amaritatem habet fabaceam, sed non ita amara est ac *Rex Amaroris*:

Nomen. Latine *Lactaria Salubris*, quem videam omnes incolas hanc habere pro specie Arboris *Lactariae* seu *Mangae Bravae*, eam vero salubrem cognominavi, ut eam defendem & liberarem a noxiis qualitatibus, quas *Lactaria* vera possidet. Ceterum Malaise vocatur *Upas Lacki Lacki*, quem tamquam mas habetur illius, quae *Rex Amaroris* vocatur, distinguitur vero ab alia *Upas Lacki Lacki* specie, quae postea describetur nomine *Lani*. In Leytimora vocatur *Wabbo-Meyt*, eo quod nullibi nisi in litore crescat, quem *Wabbo*, seu *Manga Brava* in media quoque crescat regione, Alangenfes vero ipsam vocant *Lou Lite*, h. e. folium æmulans *Lite* seu *Poete*. Hoeamohelenses illam nominant *Nantabule*.

Locus. Primum haec arbor, uti dictum fuit, inventa est anno 1693. in Ceramæ plaga Zephyrea circa pagum *Tamilau*, ac dein ulteriore indagine reperta quoque fuit in Leytimoræ litore Zephyreo *Alang*, & *Toelehoe Boero* & *Manipa*, sed ubique rara ac hinc inde unica tantum arbor in solo litore penitus arenoso, & aliquando etiam prope scopulos. Tam diu ignota fuit, quia vix a *Manga Brava* quoad folia & fructus dignosci potuit.

Usus. Contra eosdem in primis adhibetur effectus, ad quos *Anticholerica* usurpat, contra abdominis nempe tormina & dolores, ut & contra noxios pisces & cancrios, si comesti fuerint, unde & ejus radices in itineribus marinis secum convehunt.

Hoeamohelenses, qui expertissimam hujus arboris virtutum notitiam habere censemur, illam adhibent primo contra convulsiones & Epilepsiam, qui interiora fructus foliola in usum vocant cum pauca radicis quantitate contrita, ac guttatum illam ori infundunt, crassamque ejus partem nucha illinunt. Secundo contra *Rofton*, seu nasi cancrum, recipe hunc in finem fructus nucleus, cum aqua contere, ejusque tenuissimam partem nafo infunde, crassiorum vero externe ipsi illine. Tertio contra *Upas* seu *Pleuritidem*, contere nucleus vel radi-

Het bloeizel komt voort aan een getakte tros, mede gelijk aan Manga Brava, doch deze bloemen gelyken meer na de Jasmynen, want op een langhalzig steeltje staan 5. witte uitgebreide blaadjes achterwaarts gebogen, in de midden bol, slap, en onlieffelyk van reuk, op een voetje van 3. spitzen gemaakt: Aan ieder tros komen maar 4. à 5. vruchten, tot perfectie van gedaante als Condondong, of als die van Manga Brava, en zitten gemeenlyk twee digt tegen malkander aan korte en pas kennelyke steeltjes, dewelke niet regt achter, maar wat ter zyden ingelaten werden, van vooren met een harde stompe spits. Zy zyn van buiten groen, en in de ryheid geel, als Manga, de rype werden vol rinipelen, uit den roffen en swarten gemengt. Onder het buitenste velletken leid een grofdradige en grove bolster, die zig langs beenen in grote draden laat slyten, even eens gelyk de vrucht van Manga Brava. Ieder vrucht heeft in de midden een klove, dog laatzig met geen gewelt van malkander trekken, maar moet met een Parrangh van malhaar gekapt werden. Van binnen vind men twee platte korrels tegens malkander liggen, als twee tongen, achter met een uitgesnede boek, alwaarze tegens een knoestje van den steel aangezeten hebben, deze tongen zyn van een harde, bruine, doch dunne hout gemaakt, daar in vind men een platte heft, hoornverwig, taai als leder, van smaak als Hazel-nooten, in de twee bolligheden, die ter wederzyde tegens de tonge aangeleggen, vind men niets dan de voornoemde grote draden: Over al daar men in den stam of takken kapt, of een blad afbreekt, ja zelfs uit de gequetste middel-zenuwe loopt een witte melk uit, zeer kleverig en stram, en droogt dadelijk op.

Men zegt dat op andere plaatzen den stam gezien is van twee vadem omvattens, en in zommige vruchten vind men ook maar een heft, en een tong.


De wortel is het Medicynale, dat men van dezen boom neemt, van buiten donker-geel, en met vele vezeltjes behangen, binnemet een bleek-geel hout, zo datze niet qualyk gelyken die van Anticholerica of Upas Bidji. De versche is zo hard in 't kappen, datze bylen en Parrangh stomp maken, echter breekt zy zo kort af als glas. Den smaak komt ten eenenman overeen met Anticholerica, te weten, met een boonachtige bitterheid, doch verre zo bitter niet, als den Rex Amaroris.

Naam. In 't Latyn Lactaria Salubris, dewyl ik doch zie dat meest alle de Inlanders hem houden voor een Arbor Lactaria of Manga Brava, heb ik hem doch gezont of medicynaal bygenaamt, om hem te bevryden van de quade eigenschappen, dewelke den melk-boom heeft. Anders noemt men hem in 't Maleys Upas Lacki Lacki, dewyl by voor het Manneken van Rex Amaroris gebouden werd; doch onderscheid hem van een ander Upas Lacki Lacki, bier na te befcryven onder den naam van Lani. Op Leytimor noemenze hem Wabbo Meyt, dewyl by nergens dan op strand valt, daar de Wabbo of Manga Brava ook wel landwaarts in groeit. Doch die van Alang noemen hem Lou Lite, dat is, een blad dat naar Lite of Poete gelykt. Die van Hoeamobel noemen hem Nan-tahule.

Plaats. Hy is, als gezegd, eerstmaal gevonden in 't jaar 1623. op Cerams Zuid-zyde, omtrent de Negory Tamilau, en by nader onderzoek is by mede gevonden op Leytimors Zuider-strand, Alang, en Toëlehoe Boero, en Manipa, doch overal weinig, en bier en daar een eenigen boom op een pure Zant-strant, en somtyds ook by klippen. Hy is zo lang onbekent gebleven, dewyl men hem van de Manga Brava in bladeren en vruchten quaelyk onderscheiden kan.

Gebruik. Hy werd meest gebruikt tegens dezelfste gebreken als Anticholerica, te weeten, buik-pyn, krimpen, en zo zig iemand qualyk gevoelt van schadelijke visjchen en Crabbien, daarom zy deze wortelen op Zeereizen by zig voeren.

Die van Hoeamohel dewelke men meent de beste kennisse van dezen boom te hebben, gebruiken hem 1. tegens de stuiven en vallende ziekte, neemende de binnenste blaadjes van de vrucht, met een weinig gevrevene wortel, gieten zuks met droppen in den mond, en smeeren het dikke achter in den nek. 2. Tegens het Rofton of Cancer der neus: Neemt de kern van de vrucht, vryftze met water, het dunste doet in de neus, het dikste smeert boven op. 3. Tegens het Upas: vryft de kern of de wortel, smeert het op de borst, geeft het ook te drinken met



radicem, illine hanc pectori, simulque interne propinandam exhibe cum pauxillo *Allea Pady*. Quarto contra *Loefsoe* seu lumbaginem, contra colicam, & pectoris lancinationem radicem fume & nucleum cum *Allea Pady*, uti supra, dolentesque inunge artus seu partes. Quinto contra febres ardentes contere sine *Allea*, atque per binos propina dies, ac dein externe corpus hac illine.

een weinig *Allea Pady*. 4. Tegens Loefsoe of pyn in de lenden, tegens het colyk, en zyde-steken, gebruikt wortel en kern met *Allea Pady*, gelyk boven, en smeert het op de pynelyke leeden. 5. Tegens heete koortzen, vryft het zonder *Allea*, geeft het eerst twee dagen te drinken, en smeert het daar na van buiten op het lyf.

Tabula Octogesima Quarta

Ramum exhibet *Lactaria Salubris*, quæ *Upas Lacki Lacki* incolis vocatur.

CAPUT QUADRAGESIMUM TERTIUM.

Arbor Regis. Caju Radja.

Licet non sit arbor lactescens, locare hic tamen eam volui, quum loco cordis seu medullæ animalculum gerat vivum, quod hominis cutim tangens, acutiorem ipsi adferit dolorem, quam omnium præcedentium arborum succi.

Non admodum crassum gerit truncum, sed satis altum, rectum, & æqualem, in paucos crassiores terminantem ramos. Folia accedunt ad illa *Daun Baroe*, suntque cordiformia, sed multo majora, nec sulcata, ex rotundo acuminata, integra, ultra pedem longa, & paulo minus lata, pallida, nec elegantem viridem colorem præbentia, ad tactum lanuginosa parum. Quodvis vero folium longo firmoque insidet petiolo, qui ab inferiore ipsi supponitur parte, unde & peltatum est folium, ab illius autem implantatione decem undique per folium decurrent nervi, & prope folii ortum in petiolo isto binæ virides excrescunt verrucæ.

Flores in racemis proveniunt magnis, extensis, irregularibus, albi, muscosi, arcte sibi juncti, similes floribus *Folii ardantis*, ac plurimi decidunt, nullum relinquentes fructum, uti & raro hujus arboris flores observantur.

Fructus ex longo ac plerumque nudo dependent petiolo, qui in summo in alios breves & minimos dividitur incurvos pedunculos, quibus baccæ insident *Cerasis* nigris similes, sed minores, & umbilicati, molles, albantes, & parum rugosi, continentes bina ternave officula, cannabis semini similia, intus plerumque excavata.

Truncus, omnesque crassi rami nullo constant corde, sed excavati sunt, ejusque loco referti sunt plurimis magnis & nigricantibus formicis, quæ in una alterave parte truncum perforant, & fenestras quasi formant, perambulantes illum usque ad ramorum extrellum tanquam murum concavum, ita ut hæc arbor solo ex cortice suum hauriat nutrimentum, tenuiores vero rami medullam gerunt, qualem Sambucus habet.

Si quidam amputetur ramus, formicæ hæ magna vi ac celeritate excurrunt, mox circumstantes invadentes homines ac mordentes tanto inpetu, ut periculum valde fit huic accedere arbori, immo totum circa hanc solum mordentibus hisce animalibus repletur, quæ adpropinquantium etiam pedes infestant. Observavi autem Indos non ita horum morsus perfundire per duram ipsorum cutim, ac nos, unde & intrepide ad illam accedunt arborem.

Arboris cortex externe cinereus est, glaber, succosus, si incidatur, in ruffum tendens colorem, si sit siccus. Lignum longitudinalibus constat fibris, adeoque leve est, ac quælibet etiam *Gabba Gabba*, est autem flexible, nec facile frangitur, quamdiu siccum sit.

In silvis mox detegi potest, ubinam hæc locata sit arbor, quum ejus locus semper magis sit apertus aeri, nullas enim circa fæse ad quarundam ulnarum distaniam admittit arbores, vel sub ipsa quasdam plantas, unde & nomen suum fortita est, quum monarchali quasi auctoritate solum sibi vindicet locum, cæterum nullam præ se fert hæc arbor elegantiam vel regiam majestatem. Unde & summi numinis sapientia, quæ in omnibus naturæ opificiis excellit, iterum laudanda

venit,

Tom. II.

De vier-en-tachtigste Plaat

Vertoont een Tak, van de *Lactaria Salubris*, die de *Upas Lacki Lacki* van de Inlanders genaamt werd.

XLIII. H O O F T S T U K.

Konings-Boom.

DIt is wel geen melk-boom, echter heb ik hem hierstellen willen, om dat by in plaats van het hert een levend gedierte heeft, 't welk op de huïd komende, iemand snoeder pynigt, als alle de voorgaande melk-boomen.

Hy is niet zeer dik van stam, echter redelyk hoog, regt, en effen, in weinige dikkere takken verdeelt: De bladeren gelyken wat na die van *Daun Baroe*, of na een hert, docht veel grooter, zonder kloove, uit den ronden toegespitst, aan de kanten ongezaagt, een voet lank, of meer, en wat minder breed, bleek, of lelyk groen, en in 't aantaften wat wollig: Ieder blad staat op een lange stye steel, die van onderen daar aan gezet is, en van waar zig tien zenuwen rondom door het blad verspreiden, en by den oorpronk van het blad aan den steel ziet men twee groene vratter.

Het bloeizel komt voort aan uitgebreide en ongeschikte troffen, wit, mosachtig, en digt by malkander gedrongen, gelykende het bloeizel van *Folium ardens*, en valt meest zonder vruchten af, gelyk men den boom ook zelden bloeien ziet.

De vruchten hangen aan een langen, meest blooten steel, die zig aan 't opperste in andere weinige en kromme steeltjes verdeelt, daar aan staan bezien de krieken gelyk, dog kleinder, met een navel boven op week, witachtig, en wat gerimpelt, begrypende van binnen drie a vier korls, het *Kennip*-zaad gelyk, van binnen meest hol.

Den stam, en al de dikke takken hebben geen hert, maar zyn bol, en in plaats van dat krielenze van grote en zwarte mieren, die bier of daar den stam doorboeren, en venstertjes maken, doorwandelende dezelve tot de uiterste takken toe, als een holle muur, zo dat dezen boom alleen door de schorisse leeft, maar de dunne takken hebben een hert, als vlier.

Als men nu eenige takken afkapt, loopen deze mieren met groot gewelt en raddigheid daar uit, straks de staande perzonnen aanvallende, en bytende, met zodanigen magt, daarom 't zeer zorgelyk by dezen boom te gaan is, zynde ook den grond met deze grimmige diertjes bezet, die de aannaderende straks aan de voeten komen: Hoewel ik gemerkt hebbe, dat de Indianen met bare hande vellen deze beeten zo zeer niet gevoelen, als wy, en daarom onbeschroomder daar bygaan.

De schorisse is van buiten ligt-graauw, effen, zappig, als men daar insnyd, ros bestervende. Het bout is lank-dradig, en zo ligt, als eenige *Gabba Gabba* zyn mag, doch buigzaam, en niet ligt brekende, zo lang het van vogtigheid bevryd is.

Men kan in de Bosschen datelyk merken, waar dezen boom staat, zynde de plaats daar omtrent altyd lichter, want by lyd op eenige vademen na, nog nevens, nog onder hem, eenig ander groot geboomte, ja qualyk eenige kleine ruigten, die hem nog al niet aan 't lyf durven raken, en hier van heeft by den naam gekreegen, om dat by met een monarchale autoriteit een plaats op zig zelfs alleen wil houden, zynde anders niets moois, nog Koninglyks, aan den geheelen boom: Waar uit al wederom

Kk

d.s.